UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatvs Practicvs De Casibvs Svmmo Pontifici, Episcopis, Et Praelatis Religionvm Reservatis

Kiene, Johann Georg

Constantiae, 1629

4. Religiosus sine licentia Monasterium egrediens animo vagandi ad tempus peccat mortaliter.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42214

Visual Library

titur quandoq; , vti ex Cap. Deus qui. De vita & honeſtate Clericorũ ad vitandum ſcandalum, vitæ periculum, aliaq; de cauſa rationabili, vt intus ſolum & non extrinſecus deſeratur habitus. Sayr. cit. c. 33. n. 9. quæ omnia in Confeſſione neceſſario exprimenda [C] *Bannes cit. dub. 2. Concl. 2.* [D] *quod habeat animum redeundi ſeu repetendi Religionem. Etſi aliqui doceant ſufficere ad Apoſtaſiã per 2. v. g. annos deſerto habitu Religionis etiam manente redeundi ſententia, in ſæculo viuere.*

IV. Etſi Religioſus Monaſterio abſque licentia excedens habitu retento temerè & animo vagandi, rediturus tamen, peccet mortaliter aduerſus obedientiã ſui prælati, quam ſolemniter vouit, quæ eſt res grauiſsima in Religione, non tamèn efficitur apoſtata aut excommunicatus. *Ban. cit. concl.* 5. Huiuſ-

5. Huiuſmodi enim clancularius receſſus plerumque grauiter à Superiore v. g. Vicario Prouinciæ caſtigatur, rametſi fiat propter auſteritatem aut vim illatam, quod ex eo magna turbatio & inter Religioſos graue ſcandalum ſequatur. Et ſuffragatur *Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 4.* Prohibitio ne Regulares à ſuis Conuentibus etiam prætextu ad Superiores ſuos accedendi: Qui verò ſine mandato in ſcriptis obtento fuerint reperti ab Ordinariis locorum (Viſitatoribus, Vicariis) tanquam deſertores ſui inſtituti puniantur; quapropter non licet Religioſo v. g. ad Prouincialem Vicarium ſine Prelati proprii facultate confugere, niſi forte iniquiſsimè denegetur. *Qua ratione Canonicus Præmonſtratenſis male à ſuo Prælato tractatus ad Superiorem*

periorem queat appellare habetur diſt. 4. c. 18. de Appellationibus, & vide Sayr. claui Regia lib. 12. Cap. XVII. n. 37. cum Nau Conſil. 3. de ſententia & re iudicata. Rodetico t. 1. q. 29. a. 2. fuſe proſequentem quomodo citra excommunicationis latæ ſententiæ & Papæ reſeruatæ, quam Gregorius 13. in Conſt. Quoniam noſtro paſtorali: impoſuit Minoribus ad Tribunalia ſæcularia appellantibus, & ad ea temere confugientibus, Regulares iniuſtè grauati quâ ad immediatos Superiores, quà ad Sum. Pontificem ſeu Ordinis Protectorem aut ſaltem per modum ſimplicis querelæ poſsint recurrere.

V. Etiamſi Religioſus deliberato animo apoſtatandi habitum abiiciat & ſæcularem

indutus